

LES

Philosophes Belges

Textes et Études

Publication publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de M. DE WULF

TOME IV

LE HUITIÈME QUODLIBET


de GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS,

DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE



THE LIBRARY, ST. CHARLES SEMINARY CARTHAGENA, OHIO

LOUVAIN

INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ

1024

QUODLIBETUM DECIMUM

379

QUAESTIO XIV

Utrum magis proprie conveniat voluntati movere se quam intellectui.

[Cod. Q, fol. 132 R^b] Post hoc ¹ secundo quaerebatur utrum magis proprie conveniat voluntati movere se quam intellectui. Et arguitur ² quod aequae proprie conveniat utrique : quia sicut se habent principia in speculabilibus ad conclusiones ³ et intellectus principiorum ad scientiam conclusionum ⁴, se habet finis in agibilibus ad ea quae sunt ad finem, (septimo Ethicorum) (1), et voluntas finis ad electionem eorum quae sunt ad finem. Ergo cum ex hoc dicatur intellectus [Cod. P, fol. 236 R^b] se movere quod factus in actu secundum cognitionem principiorum facit se in actu secundum cognitionem conclusionum, voluntas etiam dicitur se movere ex hoc quod volendo finem facit se in actu secundum electionem eius quod ad finem. Ergo movere se aequaliter convenit utrique.

Contra. Illud ⁵ quod ad dignitatem pertinet si conveniat excellentiori et minus excellenti, perfectius et magis proprie convenit excellentiori quam ⁶ minus excellenti. Movere autem se ipsum, cum sit agere, ad dignitatem pertinet. Voluntas autem est potentia eminentior quam intellectus. Ergo, esto quod utrique conveniat, perfectius et magis proprie convenit voluntati quam intellectui. Quod autem voluntas sit eminentior potentia quam intellectus, arguitur, ut supra, per hoc quod inter differentias quae sunt inter peripateticos et theologos, est una haec quod secundum peripateticos intellectus est eminentior potentia quam voluntas ; secundum theologos autem est e contra ⁷; et dictum theologorum est verum et non philosophorum ubi eis contradicunt ⁸.

Responsio. Dicendum quod nec voluntas nec intellectus proprie movent se sive educunt se de potentia ad actum aliquem, sed per se moventur ab obiecto. Obiectum enim respectu potentiae cuiuscumque animalis non habet rationem moti vel passi ; nec est sicut materia vel subiectum operationis ipsius potentiae ut potentia actum suum in illud vel circa illud exerceat ; sed se habet in ratione moventis et agentis secundum cuius formam et actum habet etiam speciem et formam ⁹ ipse actus potentiae ; quod non posset esse nisi haberet rationem moventis et agentis ut causa per se et propter ¹⁰ quam, non ut causa per accidens et sine qua non.

Unde cum obiectum voluntatis et intellectus ita vere et proprie habeant [n]t rationem obiecti respectu harum potentialium, sicut obiecta aliarum potentialium, non debet poni diversitas circa hoc ¹¹ nisi secundum quod ¹² nobiliores sunt potentiae. Secundum hoc etiam respondent eis nobiliora obiecta et nobiliores actus. Et ideo cum quilibet actus [Cod. P, fol. 236 V^a] intellectus ¹³ et

voluntatis specialis et determinatus habeat specialem et determinatum obiectum, quot¹⁴ sunt actus speciales¹⁵ tot sunt obiecta specialia, licet omnia convenient in una ratione¹⁶ communi; et ideo [Cod. R, fol. 175 V^a] qui ponunt (2) voluntatem movere se ipsam respectu unius obiecti habent hoc etiam ponere respectu alterius; qui vero ponunt quod movetur ab uno quasi¹⁷ a fine et non ab aliis, videntur ponere irrationabilia et contradictoria, nisi diligenter exponantur. Ubi enim¹⁸ invenitur eadem ratio movendi, ponendum est quod si unum movet quod et aliud¹⁹.

Manifestum est autem quod voluntas deliberativa nunquam vult aliquid nisi secundum modum et formam apprehensionis et iudicii rationis, quia illud quod vult voluntas sub ratione finis vult²⁰ ut bonum apprehensum et iudicatum sub ratione boni simpliciter²¹. Sed in his²² quae sunt ad finem et quae proprie eliguntur et sunt in potestate nostra, non vult aliquid nisi sub ratione finis; quia illud non vult nisi ut conclusum²³ per syllogismum practicum cuius principium sumitur ex fine et ut ex ipso fine est deductum²⁴. [Cod. Q, fol. 132 V^a]

Et hoc patet manifeste, [Cod. V, fol. 179 R^b] quia nunquam vult aliquis aliquid particulare bonum ex deliberatione agens nisi in ratione ultimi finis quam secundum communem rationem quilibet de necessitate vult²⁵ nec potest illud²⁶ non velle. Hoc autem dicitur beatitudo secundum quod per eam intelligimus bene vel optime esse. Unde nullus vult aliquid nisi in hoc velit sibi bene esse; et ex²⁷ hoc sumit processum in practico syllogismo. Sed ipsam rationem ultimi finis quidam male, quidam bene applicant²⁸; prout quidam ponunt illum in bono honesto, alii in bono delectabili; et cetera. Et ex hoc²⁹ contingit quod aliqui bene ratiocinantur et agunt bene et quidam male.

Unde si quaeratur ab intemperato quare vult fornicari, dicit quia in hoc vult sibi bene esse et aestimat in hoc sibi bene esse maxime secundum delectabilia carnis, quae maxime et ut bona maxima appetit, et ideo ex hoc eligit fornicari. E contrario temperatus et quaerens et volens [Cod. P, fol. 236 V^b] sibi bene esse, quia³⁰ hoc reputat in bono honesto et secundum rationem, ideo refugit fornicari et elegit³¹ non fornicari ex fine suo, sicut intemperatus³² illud³³ eligit³⁴ etiam ex suo. Et hoc patet secundum quod tractat Augustinus (3) tertio De Libero Arbitrio, quod etiam sic agunt qui perimunt et interficiunt se ipsos, quia hoc faciunt quia volunt sibi bene esse et fugiunt male esse³⁵. Quia enim malum est eis esse in tormentis et apprehendunt quietem ab illis tormentis ut quoddam bonum ipsis, et hanc quietem aestimant se³⁶ posse consequi desinendo esse, ideo sic agunt et ex practico syllogismo concludunt esse sic agendum. Sic enim videntur ratiocinando procedere: unusquisque debet fugere male esse et quaerere bene esse et facere illud per quod hoc sibi contingere potest; sed esse in tormentis est male esse; quiescere vero ab illis est bene esse; hoc autem per mortem contingit; ergo existens in tormentis ut quietem assequatur se ipsum perimere debet³⁷.

Et ex hoc patet quod semper voluntas movetur a bono apprehenso sub ratione boni etiam in illis qui dicunt quod moventur contra omne³⁸ iudicium rationis. Qui enim³⁹ dicit: scio quod interficere talem inimicum est mihi malum, quia ex hoc interficiatur; et cetera; cum in hoc talis attendat⁴⁰ aliquid bonum ut nunc propter quod illud vult⁴¹, scilicet vindictam⁴² vel aliquid huiusmodi⁴³, dicitur quod ab illo bono movetur. Sed de hoc quod aliqui dicunt quod voluntas movet se tali modo respectu eorum de quibus est consilium, prout homo factus in actu volitionis⁴⁴ alicuius finis negociatur consiliando ut inveniat quod est ad illum finem, et illo invento⁴⁵, vult illud; sed respectu finis de quo non est consilium non sic potest se movere, scilicet consiliando, alioquin esset processus in infinitum. Unde cum voluntas incipit⁴⁶ aliquid velle quod non prius volebat, ad hoc se non potest movere quia non movet se nisi praedicto modo, scilicet cum volens aliquid ut⁴⁷ finem ulterius negociatur per consilium procedendo; et ideo ponitur quod in primum voluntatis actum voluntas movetur ex instinctu exterioris moventis sive ab ipso Deo et non a se ipsa, sed respectu aliorum movet se⁴⁸; istud non videtur bene dictum secundum se nisi sane exponatur⁴⁹, nec valet ad propositum. Nam huiusmodi⁵⁰ motio, [Cod. R, fol. 175 V^b] esto quod ponatur, non potest poni sic quod illud movens extra, scilicet Deus vel aliud⁵¹, moveat voluntatem in ratione obiecti secundum determinationem actus, ut per se manifestum est. Nos autem quaerimus utrum finis qui est obiectum voluntatis moveat ipsam voluntatem; et cum, ut dictum est, omnia alia moveant volum [Cod. P, fol. 237 R^a] tatem in ratione obiecti et hoc in virtute finis, multo magis hoc est ipsi fini attribuendum, scilicet quod per se et primo movet voluntatem.

Praeterea constat quod voluntas non potest intelligi moveri a principio exteriori sine finis apprehensione etiam naturaliter praecedente. Nunc⁵² autem ad voluntatis motionem a fine non requiritur nisi finis apprehensio, quia praesentibus activo et passivo consurgit actio; apprehendi⁵³ autem finem ab intellectu est ipsum esse praesentem voluntati. Ergo illud [Cod. V, fol. 179 V^a] quod est causa apprehensionis finis in hoc est causa motionis [Cod. Q, fol. 132 V^b] voluntatis. Cum ergo incipit⁵⁴ aliquis velle et⁵⁵ prius non volebat, hoc est quia cogitat de aliquo de quo prius non cogitabat. Hoc autem per se non habet causam determinatam, quia variae et plurimae possunt huiusmodi⁵⁶ esse causae; unde non est in potestate nostra quid nobis veniat primo in mentem⁵⁷.

Non videtur ergo hoc dictum intelligendum respectu voluntatis nisi⁵⁸ sicut respectu aliorum quantum ad huius⁵⁹ motionem a principio extrinseco⁶⁰ voluntatis. Nam certum est quod Deus qui est causa omnium entium non solum⁶¹ factionis sed omnimode entitatis ipsorum et omnia in esse conservat et ad suas operationes et perfectiones aliquo modo applicat. Et sic videtur dicendum quod, loquendo proprie de modo quo potentia aliqua animae educitur de potentia in actum, hoc per se convenit obiecto in ratione moventis et

agentis, et potentiae in ratione moti et passi. Quantum ad hoc ergo intellectus per se et ⁶² proprie non reducit se in actum, sed hoc fit per obiectum movens. Et similiter hoc invenitur in voluntate respectu obiecti sui. Non videtur ergo quantum ad hoc unum magis proprie movere se quam aliud.

Sed quantum ad aliud potest voluntas magis proprie dici se movere quam intellectus sive homo se movere per voluntatem magis quam per intellectum. Quoniam obiectum voluntatis primum est finis ultimus per se et propter se desideratus ⁶³ et quia ex desiderio huius finis sumitur ratio omnium agibilium per intellectum practicum, ideo voluntas est principium motionis universaliter in omnibus agilibus et dominium habet in eis. [Cod. P, fol. 237 R^b]

Et ex hoc etiam contingit quod voluntas magis proprie dicitur se movere quam intellectus; nam cum voluntas sit primum movens respectu omnium potentialium quae sunt in homine subditae suo dominio et omnes immediate habeat movere ad exercitium actuum per modum efficientis et quasi impellentis; non sic autem intellectus immediate, quia non nisi facta voluntate ⁶⁴ prius in actu alicuius volitionis per obiectum a ratione apprehensum, pro quanto movet voluntatem quantum ad determinationem actus; nec ipsa voluntas proprie ab alio movetur quantum ad exercitium actus, quia licet moveatur ab intellectu sive a bono apprehenso per intellectum, hoc est ipsam ⁶⁵ moveri secundum determinationem actus. Et verum est quod in hoc est ipsa in exercitio sui actus, quia hoc unum et idem est in ipsa voluntate et in quacumque potentia alia animali ⁶⁶, scilicet moveri ⁶⁷ ipsam ab obiecto quantum ad determinationem actus et esse ipsam in exercitio actus.

Sed quia praeter tale movens in ratione obiecti est aliud movens per modum impellentis respectu aliarum potentialium et non respectu ipsius voluntatis, ideo propter carentiam huiusmodi moventis proprie ad exercitium actus dicitur quod voluntas movet se quantum ad exercitium actus ⁶⁸. Quamvis autem voluntas non sit sic movens omnia alia nisi etiam prius mota a fine et ratione modo praedicto, quia tamen et ⁶⁹ hoc ⁷⁰ sibi inest ex se, id est ab eius aliqua dispositione vel aptitudine, ratione cuius tale obiectum ab intellectu apprehenditur sub ratione boni et finis, et sic ulterius movet ipsam voluntatem quae etiam mota movet alia; ideo etiam voluntas dicitur se ipsam movere et esse causa sui motus in tali actu et esse ille actus ab ipsa voluntate, non tamen nisi mediante actu intellectus qui tamen accipit obiectum sub ratione qua habet movere voluntatem ex ipsa voluntate sive ex dispositione ipsius [Cod. P, fol. 237 V^a] voluntatis.

Et haec est intentio Anselmi et etiam ⁷¹ Philosophi, scilicet quod voluntas non solum respectu eorum quae sunt ad finem, sed ⁷² etiam respectu finis movet se ipsam quando dicit Anselmus (4) quod voluntas movet se suis affectionibus et Aristoteles (5) [Cod. V, fol. 179 V^b] quod qualis unusquisque est talis finis videtur ei ⁷³; licet communiter ⁷⁴ ponatur quod voluntas non movet se respectu finis sed respectu ⁷⁵ eorum quae sunt ad finem. Oportet enim

[quod] cum ea quae sunt ad finem non moveant nisi virtute finis et sub ratione finis, quod unum et idem sit primum et principale movens voluntatem ad finem et ad ea quae sunt ad ipsum. Unde concludit Anselmus (6) quod quia voluntas movet ⁷⁶ omnia alia instrumenta quibus utitur, ipsa vero se suis affectionibus [Cod. Q, fol. 133 R^a] movet, ideo dici potest instrumentum se ipsum movens. Et subdit (7) quod nihilominus ille verius dicitur facere omne quod facit natura aut ⁷⁷ voluntas qui facit naturam et instrumentum volendi cum affectionibus suis sine quibus idem instrumentum nihil facit. Et si hoc ⁷⁸ intelligunt dicentes quod in primo actu volendi Deus movet voluntatem, bene dicunt.

Per praedicta ad rationes responsio ⁷⁹ patet, nisi quantum ad hoc quod hoc quod ⁸⁰ voluntas sic dicitur se magis movere quam intellectus, non convenit ei quia sit nobilior et eminentior potentia quam intellectus; sed hoc convenit ei ex alio, ut dictum est. Quia enim agibilia humana respectu quorum est voluntas sunt non ⁸¹ quaecumque entia secundum se, sed secundum ⁸² quod sunt hominis bona vel mala, speculabilia vero respectu quorum est per se intellectus praecipue speculativus ⁸³ sunt ipsa entia secundum se, ex alia vero et alia dispositione hominis secundum appetitum contingit quod aliquid apparet sibi bonum vel malum aliter et aliter; non sic autem contingit de speculabilibus quorum entitas secundum se est obiectum intellectus. Ideo voluntas sive homo per voluntatem magis est sibi causa apparentiae respectu eorum quae ad voluntatem pertinent quam respectu eorum quae ad intellectum absolute; et quia voluntas movetur secundum ea quae apparent, ideo ex consequenti voluntas vel homo per volun [Cod. P, fol. 237 V^b] tatem ⁸⁴ magis est causa sibi talis motionis. Cum vero ⁸⁵ dicitur quod immo ⁸⁶ voluntas est eminentior quam intellectus, quia hoc ponunt catholici, dicendum quod non omnes nec maiores catholici hoc ponunt; immo sapientiores contrarium posuerunt.

¹ vero add. P. — ² arguatur VRQ. — ³ cognitiones P. — ⁴ cognitam P. — ⁵ id P. — ⁶ quin P. — ⁷ converso V. — ⁸ dicunt RQ. — ⁹ et add. V. — ¹⁰ se add. Q; postea del. — ¹¹ talis quod aliae potentiae apprehensivae et appetitivae moventur a suis obiectis et per illa reducuntur de potentia in actum; sed intellectus et voluntas movent se ipsos. Sed in hoc solum est ponenda differentia inter istas potentias quod quia istae, add. V. — ¹² nisi — quod] om. V. — ¹³ humanus add. R. — ¹⁴ quod Q. — ¹⁵ actus speciales] speciales actus P. — ¹⁶ rationi V. — ¹⁷ scilicet V. — ¹⁸ om. PQ; unde R. — ¹⁹ et add. PRQ. — ²⁰ om. Q. — ²¹ om. PRQ. — ²² in his] mortalis habens P. — ²³ om. PRQ. — ²⁴ reductum P. — ²⁵ non add. Q. — ²⁶ id P. — ²⁷ e Q. — ²⁸ quidam bene applicant] applicant bene quidam PRQ. — ²⁹ om. Q. — ³⁰ om. PRQ. — ³¹ fornicari et elegit] om. PRQ. — ³² temperatus P. — ³³ id P; quod add. V. — ³⁴ est add. P. — ³⁵ et fugiunt — esse] om. PRQ. — ³⁶ aestimant se] estima ut R. — ³⁷ ideo sic agunt — perimere debet] om. PRQ; in margine scrips. alia m. R. — ³⁸ om. RQ; in marg. scrips. R. — ³⁹ qui enim] q' e unum Q. — ⁴⁰ attendit PRQ. — ⁴¹ ut — vult] om. PRQ. — ⁴² vindictae PRQ. — ⁴³ aliquid huiusmodi] huius et PRQ. — ⁴⁴ volitionis R. — ⁴⁵ invenit P. — ⁴⁶ incepit PRQ. — ⁴⁷ ad Q; ut corr. Q. — ⁴⁸ respectu — movet se] om. PQR; in marg. scrips. R. —

⁴⁹ nisi — exponatur] om. PRQ. — ⁵⁰ huius P. — ⁵¹ alius P. — ⁵² nec P. — ⁵³ apprehendendi R. — ⁵⁴ incepit Q. — ⁵⁵ ut V. — ⁵⁶ huius Q. — ⁵⁷ unde non — mentem] om. PRQ. — ⁵⁸ non PRQ. — ⁵⁹ huiusmodi PR. — ⁶⁰ a principio extrinseco] extrinsecum PRQ. — ⁶¹ om. PRQ. — ⁶² om. V. — ⁶³ desideratas Q; desideratus corr. Q. — ⁶⁴ quia add. P. — ⁶⁵ ipsum VRQ. — ⁶⁶ om. P. — ⁶⁷ moveri add. R. — ⁶⁸ dicitur quod voluntas movet se quantum ad exercitium actus add. P. — ⁶⁹ ex V. — ⁷⁰ etiam add. V. — ⁷¹ om. P. — ⁷² sicut R; del.; sed in marg. scrips. R. — ⁷³ quando — videtur ei] om. PRQ. — ⁷⁴ convenienter PRQ. — ⁷⁵ sed respectu] om. Q. — ⁷⁶ om. PRQ. — ⁷⁷ ut RQ; aut corr. Q. — ⁷⁸ hic P. — ⁷⁹ om. PRQ. — ⁸⁰ om. V. — ⁸¹ enim PR. — ⁸² secundum add. Q; postea del. — ⁸³ praecipue speculativus] om. PRQ. — ⁸⁴ per voluntatem] voluntate Q. — ⁸⁵ ergo R. — ⁸⁶ om. V.

(1) Resp. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, I. III, c. 7 (II, p. 1114). — (2) HENRICUS DE GANDAVO, *Quodlibetum IX* (t. II, fol. CCCLX). — (3) Resp. SANCTUS AUGUSTINUS, *De Libero Arbitrio*, I. III, c. 8 (PL., t. 38, col. 1281, 1282). Sententialiter. — (4) Resp. S. ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Concordia Praescientiae Dei cum libero arbitrio*, c. XI [al. XX], 133 (PL., t. 158, col. 557). — (5) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, I. III, c. 7 (II, p. 1114). — (6) S. ANSELMUS CANTUARIENSIS, op. cit. (loc. cit.). — (7) Id., *ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO XV

*Utrum si homo esset creatus in puris naturalibus in tali homine
esset repugnantia sensualitatis ad rationem.*

Deinde circa ¹ comparisonem virium inferiorum ad superiores, scilicet appetitus sensitivi ad rationem, quaerebatur unum, scilicet : si homo esset creatus in puris naturalibus, id est sine omni dono supernaturali et etiam sine vitio morali, (posset enim Deus si vellet suae creaturae non dare aliquod bonum supernaturale licet non posset creari a summo bono creatura cum aliquo culpabili et morali ² vitio), quaerebatur ergo utrum in tali homine [Cod. R, fol. 176 R^b] esset repugnantia sensualitatis ad rationem vitiosa. Et arguitur quod non. Quia illud quod est naturale sive conveniens alicui secundum suam naturam non est vitiosum sive culpabile ; sed quicquid esset in tali homine esset ei conveniens secundum suam naturam ³, quia in eo nihil esset quod ad rectitudinem naturalium ⁴ non pertinet. Ergo. Et cetera.

Contra. Secundum Apostolum (1) Romanorum quinto : per unum hominem intravit peccatum in mundum et per peccatum mors ⁵. Sed mors non potest excludi sine dono supernaturali. Ergo etiam repugnantia vitiosa non potest excludi sine [bono] dono supernaturali. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod videtur aliquibus quod iustitia originalis duo includebat ⁶ : aliquod donum gratuitum gratis datum naturali rectitudini addi-

tum ad roborandum vel perficiendum illam ; et etiam quandam rectitudinem naturalem homini secundum sua naturalia sine omni ⁷ dono convenientem. Nisi enim haec ⁸ plura essent, scilicet naturalia ipsa ⁹ et quaedam rectitudo naturalis ipsorum et ipsa iustitia originalis quae est donum additum et sic ab invicem realiter differrent ; tunc sola carentia originalis iustitiae, quae donum divinum est, nullam curvitatē magis importaret in his qui ab Adam descendunt quam in his qui sine dono gratuito in puris naturalibus crearentur ¹⁰; [Cod. V, fol. 180 R^a] quod videtur inconveniens.

Item homo non ¹¹ est dignus poena [Cod. P, fol. 238 R^a] nisi propter culpam ; sed si ¹² sine gratia in puris naturalibus existens absque peccato, esset rebellio virium inter se, eadem ratione esset rebellio in qualitatibus sensibilibus, et actio et passio mutua in qualitatibus quae ad compositionem corporis mixti hominis concurrunt ; et haec ¹³ poenalitates et tandem mortem ¹⁴ inducerent ; et sic sustineret homo poenam et corruptionem mortis sine peccato ; et sic po [Cod. Q, fol. 133 R^b] neretur poena sine culpa praecedente.

Item post mortem non plus puniretur decedens cum peccato originali quam decedens sine omni peccato, quod videtur inconveniens.

Et secundum hoc, supposito quod praeter ipsam nudam ¹⁵ essentiam ¹⁶ naturalium et praeter iustitiam omnem ¹⁷, quae dicit quoddam donum gratuitum, esset quaedam rectitudo naturalis ipsorum naturalium potens conservari sine dicto dono, esset ¹⁸ dicendum quod concupiscentia, quae nata est esse in homine existente in naturalibus puris sine dono Dei gratuito, non posset esse vitiosa sive inordinata. Sed non video quod iustitia originalis quae includebat quod totaliter vires inferiores continentur a superioribus in sua rectitudine et quod ¹⁹ anima corpus sustineret ²⁰ includendo adaequationem inter qualitates activas et passivas ita quod non contingeret ²¹ ex actione et ex passione earum corruptio vel mors ; et etiam tanta esset concordia inter vires animae inferiores ad superiores quod nulla accidere posset rebellio, et sic de aliis, possit poni sine aliquo dono gratis dato homini inhaerente et animam informante, sicut ²² communiter ponitur, vel sine aliquo ²³ divino adiutorio speciali, quo videlicet praedicta sic Deus ²⁴ conservaret et regeret sua omnipotenti virtute quod haec absque ²⁵ huiusmodi ²⁶ repugnantia et rebellione permanerent, sicut conservavit ignem in camino absque actione qua laederentur pueri ; quamvis non sit simile quantum ad hoc quod in homine ali [Cod. P, fol. 238 R^b] quo modo hoc requirit ordo principiorum naturalium quantum est ex parte animae incorruptibilis corpus sine corruptione perficere ²⁷ appetentis, scilicet : quod sic absque repugnantia [Cod. R, fol. 176 V^a] tia et rebellione conservetur homo aliquo ²⁸ adiutorio divino ; et sic peccatum originale importaret carentiam iustitiae originalis, id est illius divini adiutorii.

Sic autem forte posset poni originalis iustitia satis congrue absque aliquo dono ²⁹ informante naturalibus superaddito, ut secundum ³⁰ hoc dicatur quod conveniens est bonitati divinae quod, quia anima est perpetua, id est non cor-